

1340

+ RHINOCEROS
 E
 VETERVM SCRIPTORVM
 MONIMENTIS
 DESCRIPTVS
 A

FRIDERICO GOTTHILF + FREYTAG.

L. V. C.



L I P S I A E
 EX OFFICINA LANGENHEMIANA
 MDCCCXXXVII. 1837

ACADEMIA

M. Teydeman

1800. Oct. 9

P. B. Bodam

M. S. Bodam

1833

P. H. H.

NOBILISSIMO. AMPLISSIMO

EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

FRIDERICO. MENZ

PHYSICES. PROFESSORI. PVBLICO. ORDINARIO

ALVMNORVM. ELECTORALIVM. EPORO

ACADEMIAE. LIPSIENSIS. DECEMVIRO

IN. COLLEGIO. MAI. PRINCIP

COLLEGAE

PATRONO. ET. PRAECEPTORI, SVO

VENERANDO

VITAM. LONGAM

VALETVDINEM. COMMODAM

SUCCESSVS. OMNIVM. RERVM. PROSPEROS

PRECATVR

TVM VERO

EIDEM

OB. VETEREM. CVM. PATRE. AMICITIAM

ET. BENEVOLENTIAM. ERGA. SE. PLANE

SINGVLAREM


HOC. LEVE. OPVSCVLVM

ERATAE. MENTIS. ET. PERPETVAE

OBSERVANTIAE. CAVSSA

D. D. C

FRIDERICVS. GOTHILE. FREYTAG



nustratae magnitudinis bellua, quae RHINOCEROS, a Graecis Romanisque scriptoribus, vocari solet, praeteritis nundinis Lipsiensibus, multorum hominum, in se conuertit oculos. E Bengala, quae extrema Asiae australis regio est, et magno paret M O G O R I, immanis illa bellua, a viro, ^{a)} in amplissima, apud Belgas, dignitate, constituto, in Europam, naue, ante hos sex annos, aduecta fuerat, quam dono postea acceptam, et cauea inclusam, naus Belgicae

A 2
 a) Is nempe fuit IOAN- in Belgium redeuntis dux, NES ALBERTVS a SICH- et in societate Indiae orientalis rei Belgicae, talis senatu, qui Bataviae in trahu terrarum Bengala- est, consiliarius ordinarius. lensi, praefectus, classis indef

4 R H I N O C E R O S
 gicae praefectus ^{h)} Spectaculi causa, per am-
 plissimas Germaniae vrbes, produxit. Ita ve-
 ro accidit, vt duo viri doctissimi operae pre-
 tium se facturos, existimarent, si oblata specta-
 di occasione, Rhinocerotem paullo diligentius
 considerarent, atque, in describendo illo, non-
 nihil studii laborisque ponerent, et in conspe-
 ctum darent, quae recentiores potissimum ho-
 doeporici scriptores, de Rhinocerote, litteris
 consignauerant. Vtne igitur laborem, qui su-
 perlacaneus videri possit, temere suscipiamus,
 et cramben, vt aiunt, bis coctam adponere vi-
 deamur, omiſſis iis, quae T A C I T A R D V S ^{h)}
 C H A R D I N V S ⁱ⁾ W O R M I V S ^{j)} N E V H O F I V S ^{k)}

K O L -
 b) Cognomine M O V - C H A R D T o Livr. II.
 T H I V S dictus nobilis domi- p. 67. edit. alt. 1689.
 N U S V A N D E R M E E R . 12mo.
 c) C A R O L , A V G V S T . e) *Voings de Msr. le*
 B E R G E N , celeberrimus *Chevalier C H A R D I N* en
 in academia Viadrina, artis *Perse et autres lieux de PO-*
seularis doctor, in Oratione ruit. Tom. II X. p. 132.
de Rhinocerote Francof. 1746. 8qq. edit. quae Amst. 1711.
 in 4to. I. M. B A R T H , im in 12. prod.
 Schreiben an einen guten f) I O . G O T T L I E B
 Freund, darinnen von Rhi- W O R M O S t - I n d i a n - u n d P e r -
 noceros, oder Nashorn, un- s i a n i s c h e R e i s e n p. 54. 187.
 staendliche Nachricht gege- 344. 1092.
 ben, und zugleich untersucht g) I O . N E V H O F F G e -
 wird, ob dieses Thier der Hiob- s a n d s c h e i f t d e r O s t - I n d i s c h e n
 XL. 10. beschriebene Bebe- G e s e l l s c h a f t i n d e n v e r e i n i g -
 moth sey. Regensb. 1747. 4to. ten N i e d e r l a e n d e r n i n d e n
 d) *Voyage de Siam des tartariſchen Cham* p. 370.
peres Jesuites par G Y X T A - s i j j edit. Amst. 1666. 4to.

K O L B I V S ^{h)} et alii, qui iter, in A S I A M e t A F R I -
 C A M instituerunt, easque peragrarunt terra-
 rum orbis regiones, in Rhinocerote, obscrua-
 runt, silentio etiam, maxima ex parte, praec-
 teribimus, quae C O N R A D V S G E S N E R V S ⁱ⁾
 V L Y S S E S A L D R O V A N D V S ^{k)} I O A N N E S
 I O N S T O N V S ^{l)} S A M V E L B O C H A R T V S ^{m)}
 W O L F G A N G V S F R A N Z I V S ⁿ⁾ qui *animalium*
 scripserunt *historias*, de eiusmodi bellua, com-
 memorant. Ad ea potius oculos animum-
 que intendemus, quae in veterum Graecorum
 pariter et Romanorum scriptorum monimen-
 tis, de Rhinocerote, passim leguntur: qua ra-
 tione, ab iis gratiam nos forte inituros esse,
 speramus, qui verustatis memoriam libenter re-
 perunt, neque Graeci Romanique sermonis sa-
 porem profus deposuerunt.

N O M E N Rhinocerotis origine Graecum,
 atque ἀπό τῆς ῥινός, *naso*, et τῆς κέρατος, *cor-
 nu*, fuisse compositum, cum verbi ipsius ratio,
 primo statim adpectu docet, tum antiqui scri-

A 3 ptores,
 h) M. P E T E R K O L - I) *Histor. natural. de qua-*
 B E N S *vollstaendige Beschei-* drupedibus L. II. Artic. XI.
bung des Africanischen Vor- p. 98.
gebürges der guten Hofnung m) In Hierozoico L. III.
 p. 159. 8qq. c. XXVII. p. 948. Conf.
 j) *Histor. animal. L. I. Cap. XXVI. p. 930.*
 k) 952. n) *Histor. animal. cum*
 l) *Histor. quadrupedum commentar. et supplement.*
 m) *Philic. C. XXXIII. p. 362.* 10. C Y P R I A N I P. I. c. XI
 8qq. p. 53. et p. 603.

ptores, suo suffragio, confirmant. CVRTIVS^{o)} certe scribit: *hoc nomen belluis eis inditum a Graecis, sermonis eius ignari, aliud lingua sua usurpant.* Et DIO CASSIUS^{p)} ὁ ῥινόκερος λέγεται, ἀπὸ τῆς ἰσῆς καὶ τῆς ἰσῆς προσέχεται, καὶ διὰ τὴν ἰσῆν, ἔστω κέκληται, ῥινόκερος cornu, ex ipso naso, prominens habet, binque suum nomen inuenit. Quo cum consentit DIODORVS SICVLVS^{q)} et Σώων, inquit, καλεῖται ἀπὸ τῆς συμπεπλησῆτος ῥινόκερος, animal vocatur, a re ipsa, a naso scilicet cornuto, ῥινόκερος. AELIANVS^{r)} denique dixit: ὁ ῥινόκερος ἐπ' ἀκροῦ τῆς ἰσῆς τὸ κέρας φέρεται, ἐνθεν τὸ κέκληται, ῥινόκερος, in summa nare, cornu gerit, ex quo etiam nomen traxit. E quibus omnibus, opido intelligimus, a cornu, quod in naribus eminere conspicitur, nomen belluae isti fuisse inditum. Quae autem causa fuerit, quam ob rem IONSTONVS^{s)} illud animal, quod a Germanis, in vernacula lingua, *Nasborn* dicitur, vocibus aliter transpositis, *Hornnase*, ab iis, adpellari scriberet, illam nos comminuci haudquam possumus, quoniam tale nomen insolens, arque inter Germanos, quod nos quidem

o) L. IX. c. I.

p) L. LI. p. 526. edit. WESSELING.

q) L. LI. p. 526. edit. r) L. XVII. de Animal. HENRIC. STEPHANI. natura c. 45.

s) Tom. I. L. III. Biblioth. s) Histor. natural. de quadrup. Sect. XXV. p. 200. druped. I. cit.

dem sciamus, inauditum est. Quamuis autem Rhinocerotem, a cornu, in naribus, eminente, nomen accepisse, nemo dubitet; ea tamen in re, Graeci Romanique scriptores, a se inuicem, opinione discrepant, vtrum tantummodo vnum, an duo cornua habeat. Sed cohibebimus, ab indicando eiusmodi diffensu, tantisper calamum, dum infra, de illo dicendi, locus se obrulerit.

TERRA, vbi gignitur Rhinoceros ASIA ET AFRICA est. In primis BENGALA, CAMBAYA, ET PATANE, Olim PERIMVDA dicta, illud animal procreant. Etiam si enim CVRTIVS^{o)} INDIAM ῥινόκερος alere, non generare, scribit, quoniam natale Rhinocerotis folum, sicuti cum RADEROCCELLARIVS^{r)} obseruat, AETHIOPIAM tantummodo esse, fortasse percauit: attamen sententiae, quam prodiderat, quasi oblitus, vbi Alexandrum, Poro deuictum, in Indiam, penetrasse, commemorat, Rhinocerotas, in India reperiri, his verbis, x) significat: *Rhinoceros quoque rarum alibi animal, in iisdem montibus erant.* Quis autem, in eos montes, id animal aliunde aduectum,

A 4

non

o) L. IX. c. 9. Miror eodavantage, et je n'ai pas pu dem erroreductum fuisse decouvir que il y en ait aux CHARDINVM cum l. c. Indies.

r) Tom. VIII. p. 133. de Rhinocerotibus. scriberet: *Ethiolo.* loc. cit.x) *pie est le pais où il y en a* L. IX. c. 1.

non ibi natum, crediderit? Praeterea Scriptores itinerum, qui *dolato, confissi ligno*, ut poetae¹⁾ verbis utamur, *animam ventis commiserere*, ut alio quid fieret in orbe lustrarent oculis, in India procreari Rhinocerotas, experientia edoceri didicerunt. / Et ipsa illa bellua, quae scribendi occasionem, materiamque nobis suppeditavit, atque innumerabiles, per omnem Germaniam, spectatores inuenit, secundo, postquam foetum mater enixa fuerat, mensis, in regione Bengalensi, ASSEM dicta, ab Indis, qui marrem telis confectam occiderant, capta, et ad nobilissimum SICHTERMANNVM, quem, honoris causa, iterum nominamus, adducta; et cicurata fuit. In AFRICA, et praesertim in AETHIOPIA, inueniri Rhinocerotas, HESYCHIVS²⁾ non solum tradit, ubi Rhinocerotem *τέτραπῶν θηρίων ἐν Αἰθιοπία, animal quadrupes, in Aethiopia*, vocat, sed PAVSANIAS³⁾

1) IVVENAL. Sat. XII. rabitur, qui elephantos etiam, a Romanis, *Lucas boues*, dictos, legerit; cuius rei causam esse, referunt VARRO, PLINIVS alique, quod Romani nulum animal grandius boue viderant, antequam Pyrrhus, Epirotarum rex, A. V. C. CCCCLXXII. Tarentinis opem ferens, elephantos, in Lucania, aduersus Romanos,

2) Sub voce *ἰνόμεπος*.

3) In Boeotic. p. 297. edit. WECHEL. Hieron. CARDANVS de subtil. L. X. Rhinocerotem non Aethiopicum sed Indicum appellat taurum. Rhinocerotas vero, a PAVSANIA, *tauros vocari Aethiopicos* nemo minus;

etiam testatur, quum se vidisse *ταύρος, αἰτ, τὰς τε Αἰθιοπικῆς, ἔς ἐπὶ συμβεβηκότεν ὀνομάζουσι ἰνόμεπος, ὅτι σφίον ἐπ' ἀκρῶ τῆ σφίον ἐν ἐκάστω κέρας, tauros Aethiopicos, quos e re ipsa, Rhinocerotas nominant, quod illis, in nare extrema, cornu prominat*: et alio loco^{b)} idem scribit: *οἱ Αἰθιοπικοὶ ταῦροι τὰ κέρατα φέρουσιν ἐπὶ τῆ σφίον, Aethiopici tauri, e naribus cornua extrudunt*. Fuerunt quidem viri doctissimi, et inter eos, ANGELVS POLITIANVS^{c)} qui PAVSANIAM, iis, quae protulimus, verbis, non Rhinocerotem, sed taurum Aegyptium describere, existimarent; sed eorum fen-

A 5

tenos, produceret. Inuenimus *manifestis corporibus seruire* mus hoc elephanti noimen *homini queri de opifice Deo?* in ENNII fragmentis, p. Conf. PLINIVS L. IIX.

305. edit. HESSELLI, ubi Hist. nat. c. 6. atque e re hoc prouerbum legitur *atque prius pariet' locussa lucam bouem*

apud LVCRETIVM L. V. de rer. nat. v. 1300. sqq.

Inde boues Lucas turrito corporis testos Anguimanos belli docuerunt vulnera Poeni Sufferre.

nec non apud LACTANTIUM qui libr. de Opif. Dei c. 3. scribit: *possent igitur aliquis, cum videat, etiam boues Lucas cum im-*

b) In Eliacis p. 159. c) In Miscellan. c. 56.

tentiam, AELIANI^{d)} iuxta et PLINII,^{e)} quam nobis de Aethiopicis tauris dederunt, resellit descriptio. Quid? quod CONRAD. GESNERVS^{f)} et LAELIVS BISCIOLA^{g)} Murinum suum polyhistoꝝ, hanc caussam, satis, vt aiunt, perorarunt, et DOMITIVM CALDERINVM, criticum seculi XV. celeberrimum, aduersus POLITIANVM, strenue defenderunt. Apud FESTVM,^{h)} quidam *Rhinocerotem esse*, aiunt, *horem Aegyptium*: sed deprauatum fuisse FESTI locum DACERIVSⁱ⁾ obseruat, et, *Aethiopicum* legi, debere, pronunciat. / LVCILIVS^{k)} etiam, poeta antiquissimus, hominem dentibus, ex ore, prominentibus conspicuum Rhinoceroi adsimilauit Aethiopico, cum scriberet:

*Broncus nouit lanius, dente aduerso, eminulo;
bic est*

Rhinoceros velut Aethiopus.

De AXOMITE, nobili, in Aethiopia, empirio, quod AVXVMEN vocant alii, haec ARIANI

d) L. XVII. de Animal. i) In Obseruat. ad cit. natur. c. 45. FESTI loc.

e) L. VIII. histor. natur. k) E reliquiis L. III. Sat. p. 30. edit. FRANCISC.

f) Histor. Animal. l. cit. DOVSAE. Bronci autem

g) Tom. II. horar. subse- Brocci, et Broebi, adpellantur, qui os productum et

h) L. XVI. de verbor. significantes, ex ore, prominentes gnificat. P. 448. edit. in vsum habent. Vid. NONIVS L. I. DELPHINI. P. 102.

RIANI^{l)} verba legitimus: εἰς Ἀζωμίτην ὁ πᾶς ἐλέφας ἀπὸ τῆ πέραν τῆ Νείλας Φέρεται, διὰ τῆ λεγμένης Κυνηέας· ἐκείθεν δὲ εἰς Ἀδελεί. τὸ μὲν ἔν ὄλῳ πλῆθος τῶν Φουενομένων ἐλεφάντων ἢ ἑνωκερώτων, περὶ τῆς ἀνω νέμεται τόπος. σπυρίως δὲ ποτε καὶ ἐν τῷ παρῶ. θάλασσαν περὶ ἀντήν τῆν Ἀδελεί θρωρήνται, οἴνι εβου, quod est ultra Nilum, Axomitana per Cynicum (fluvium) defertur, inde Adul: omnes itaque elephantorum aut Rhinocerotum occisorum multitudo, in superioribus locis altitur, raro autem in locis iuxta mare, ipsamque urbem Adul^m) conspiciuntur. Et idem, paullo post, ⁿ⁾ scribit: ἐπὶ τῶν ἔσω τόπων τῆς Ἀραβιῶν, ex interioribus, Arabiae locis, Φεραγ ἐλέφας καὶ ἑνωκερός affertur ebur et Rhinoceros: vbi more, Graecis visitato ἐλέφας καὶ ἑνωκερός, synecdochicé pro elephantis dentibus et Rhinoceros cornibus ponitur: id

l) In maris Erythraei P. c. 29. Aegyptiorum seruos, riplo p. 2. edit. STYCKII a domuis profugos id appiam lege in scholiis ad h. dum condidisse memorat, et L. p. 13.

m) Varia ratione Aduli maximum emporium Trago- oppidum, quod vicum sty- esse dicit. Addit etiam: CKIVS nominat, a veteribus abest a Ptolemaide quinque- STEPHANO contentimus, runt plurimum ebur, Rhinocerotum cornua.

n) P. 3. libri cit. et sty- Ἀδάκ, propterea quod PLI- CKIVM in scholiis p. 21. NIVS L. VI. Hist. natural.

id enim alia mercium genera, produnt, quae, ex iisdem locis, adferri perhibentur. Et haec haftenus de regionibus, vbi Rhinoceros generatur.

Qua solertia, in describendo Rhinocero, vbi sint veteres aurores, ex iis patebit, quae, de illo, recentiores, in commentariis suis adnotarunt. Quo perfectiora enim habebimus, quae vtriusque generis scriptores, de Rhinocerotis FORMA, NATURA, ET PROPRIETATIBVS, commemorant, eo facilius narrationis veritatem diiudicare poterimus. Audiamus itaque IACOVBVBONTIVM, medicum, rerum in India, obuiarum peritissimum. Ille Rhinocerotem, plus vice simplici, in patrio et natali solo, suis conspexit oculis, et proinde sic descripsit: *o cute e nigra est cinericia, instar elephantinae, rugosa admodum, cum profundis plicaturis, circa latera ac in dorso: crassam admodum habet pellem, ut quae ictui Iaponicae machaerae facile resistat. Neque enim haec bestia, ut apud nos pingitur, scutis munita est, sed hae plicaturae bos clypeos mentuntur, neque una pars durior est altera. Rostrum est porcino, sed ante acutiore, neque tam obruso, in cuius extremitate, cornu istud extat, unde nomen sortita est bellua, aliud altero maius, pro acutate*

o) In libro de medicina Indorum p. 16,

tate Rhinocerotis. Colore etiam cornu variat, modo nigrum, modo cinerium, modo album est. Magnitudine autem corporis mediocri staturae, elephantem proxime accedit mediocrem, nisi quod pedibus sit longe humilioribus, et propterea etiam tam conspicuum non est animal.

HISBONTII verbis, descriptionem Rhinocerotis, a G E O R G I O DE SEPIBVS adlatam, e Museo Kircheriano P) adiungimus: *Animal est grande, durissimo et solidissimo corio, ceu thorace ferreo, a natura loricatedum. Corporis mole elephanto non impar, a qua tamen nonnihil deficit, eo quod breuiores habeat pedes. Caput habet ad modum suum, in rostrum acutius, et vsque ad frontem productum, grauissimi ac robustissimi colli, os repandum, extra nares ei excrescit cornu rotundum, et robustissimum paumper versus frontem incuruatum, ferrugineum nigrorem habens, caudam more bouum, eiusque formae gestat, feritate, dolo, et fortitudine corporis molem aequat, adeo ut nulli belluarum cedat. Omnium vero adcuratissime, siquidem de bellua, quam, in Germania hoc tempore, vidimus, ferendum est iudicium, de-*

p) Cap. VI. p. 30. Edidit phioemque; illa vero Rhinocerotis descriptionem, quam GEORG. DE SEPIBVS de BONANNI Rom. 1709. in dit, in editione PHIL. BONANNI, multo auctiorem am- NANNI locum non inuenit.

δέεστος ἰπάρχει, *Rhinoceros vastitate quidem non minor, sed altitudine inferior est. elephanto.* Talia etiam sunt, quibus ARTEMIDORVS Ephesus^{v)} apud STRABONEM, DIODORVS CASSIVS, et DIODORVS SICVLVS eximiam corporis molem Rhinoceroti tribuunt, elephanto tamen magnitudine parem esse negant. Ille enim, μικρόν, ait, ^{x)} ἀπολιπὼνται τῶν ἐλεφαντων οἱ ἑνωμέωτες, *Rhinoceroses magnitudine, ab Elephantis superantur: iste, y) *si altitudinem exceperis, τὰ μὲν ἄλλα ἐλέφαντι πῆ προστίουεν, elephanto similis est Rhinoceros: hic z) denique, ἑνωμέωτος ἀλλῆ καὶ βιά παραπλήσιον ἐλέφαντι, τῶ δὲ ὕψει ταπεινότερος, *Rhinoceros robore, et vi, elephanto similis, sed illo humilior est.* Neque vero in alia, OPPIANVS fuit sententia, cum Rhinocerotem Oryge, qui, e caprarum siluestrium, quas LYBIA procreat, genere est, haud multo maiorem scriberet, his verbis³⁾ vsus:**

u) Fuit ARTEMIDORVS CIVS L. IV. Bibl. Gr. c. RVS Ephesus, non obscuri, XIII. p. 406.

x) Ap. STRABONEM inter Geographos, nominis, L. XVI. Geographi, p. 1120: qui Olympiade CLXIX. floruit, et XI. Geographiae lib. edit. ALMELOVEENII.

y) Loc. iam. cit.

z) Loc. supr. cit.

a) L. II. Κουμπερτιῶν, s. de inueniuntur. V. FABRI: venatione, v. 551. sqq.

Ῥινόκερος δ' ὄρυγος μὲν ἔφυ δέμας αἰθουκτῆρος
 Ὅυ πολλὸν μέζων.

Rhinoceros autem Oryge^{b)} quidem est corpore impetuoso, non multo maior. Nam praeterquam quod ARISTOTELES, PLINIVS, et AELIANVS Orygem, corporis mole superare tauros docent, et STRABO, *Rhinocerotem se vidisse, testatur, qui magnitudine, τὸν ταῦρον ἀεκουαυερίτ; ipse etiam OPPIANVS^{c)} elephantis, quos descripsit, proxime subiungit Rhinocerotas, et, corpore facis grandes esse, indicat. Conscientiunt, ea in re, cum Graecis scriptoribus, inter Romanos, PLINIVS, et SOLINVS, quorum alter^{d)} Rhinoceroti longitudinem cum elephanto, de quo paulo ante dixerat, *parem. crura autem multo breuiora tribuit:* alter^{e)} Rhinocerotem longitudine quidem ipsis elephantis *parem, breuiorem tamen cruribus esse, pronunciat.* Nullos, in corpore, pilos habet Rhinoceros, si quamdam frontis partem exiguam, aures, et caudam exceperis, in quibus rari quidem pili, sed*

b) OPPIANVS libr. cit. 90, *Saeuus Oryx* dictus fuit. v. 446. sic de Oryge: c) Loc. cit.

Αρπύριμος ὄρυξ κρυπτός d) L. VIII. Hist. Nat. Σηραεὶ μάλιστ', c. 20.

Saeuus Oryx, et omnibus feris maxime infestus. et a p. 41. edit. Cl. SALMARTIALE L. XIII. Epigr. III.

sed peraspera adparent. Cutis dura et crassa belluam tegit, et instar thoracis, aduersus vim, quasi munire conspicitur. Illam telis imperuam esse perhibent; quod etiam si de vno altiorum telorum genere, valere arbitramur; de globulis tamen plumbeis, quos, e sclopetis, eiaculari, hac nostra acate, solemus, dubitatio suboritur, quam nemo, nisi experientia edoctus, nobis eximere poterit. AGATHARCHIDAE quidem ^{f)} Rhinoceros εὐτελής τὴν ἄσπιν τῆ δέματος, *pelle insignis est, quae contactum admittit tenuiorem*; DIODORVS tamen SICVLVS ^{g)} δὲ τὴν ἰσχυροτάτην, *pellem firmissimam*; et AELIANVS ^{h)} Φορῶν σφεαίν, *καὶ δύσκακόντι- eidem tribuit. Omnes, nisi fallimur, habent, quo confirmare possint suam sententiam. Cutis enim in Rhinocerotum carulis, necdum adultis, ea inprimis parte, qua plicas, in tergo, habent, mollior omnino est contactu: durior autem et multo asperior adparet, vbi grandior ab annis, factus Rhinoceros, lorica quasi, per totum corpus, contegitur. Caue autem existimes, oscitare OPPIANVM, et colorem, a re ipsa, prorsus alienum, Rhinocerotum tribuere, cum, rufa fronte illum insignem, et purpureis macu-*

f) Apud PHOTIVM l. c.

g) Loc. cit.

h) L. XVII. de animal. natura c. 44.

maculis, in tergo, conspicuum, producit. Verba poetae ^{l)} haec sunt:

ἦρέμα δὲ ξανθοῖς ἐπὶ καλλιμόμοισι μετώ-
ποισι

καὶ νώτω ῥαδάμυγγες ἐπήτημα πορφύρε-
σιν.

CONRADVS RITTERSHVSIVS latine reddidit: *sensum vero in rufa et pulchricoma fronte, et in dorso, maculae confertim purpurascunt.* Nam rariore, quos supra diximus, in fronte, pili, ad rufum colorem proxime accedunt, et maculae, quibus Rhinocerotis corpus, vt PLINIVS ^{k)} verbo vtamur, *se quasi loricat*, purpuram omnino referunt, non quidem splendidam illam et rubentem, quam πορφύρεα Graeci proprie dixerunt, *sed plebeiam*, quam CICERO ^{l)} nominat et *fyssam*, quae propterea quod ad glaucum colorem vergebat, et mare fluctibus commotum, imitari videbatur *ἐλαργίς*, ^{m)} a veteribus Graecis dicta est. Et quid pluribus

B 2 ver-

i) L. II. κωμικῶν. v. 558 proprie, hoc nomine, adpellata est, quae a Graecis

k) L. IIX. hist. nat. c. 24. πορφύρις nominatur. Rubra

l) In Oration. pro SEX- illa erat, et maxime splen-

τιο c. 8. vbi, Pisonem vi- dida: φωνὴς puniceum re-

rum, qui grauitatem quan- ferebat colorem: ἐλαργίς ad-

dam affectabat, eiusmodi glaucum colorem accede-

bat, quem mare, vt poetae

aiunt, *iratum* prae se fert.

m) Purpura apud anti- Conf. HADRIAN. IVNIVS

quos varia fuit, sed vna L. II. Animaduers. c. 2.

Supra

verbis opus est? HOMERIⁿ⁾ verba; ὅτε πορφυρῆ πέλαγος μέγα κύμασι, cum purpurascit magnam pelagus fluctibus, EVSTATIUS exponit: μελαίνηται, nigrescit. Et HESYCHIVS,^{o)} πορφυρῆς, per μελαίνηξ, et τὸ πορφυρέον, per τὸ μέλαν interpretatur. Quid autem de illorum scriptorum sententia statuentium est, qui buxum Rhinoceroti colorem tribuunt? Sunt ex eorum numero, apud Graecos, AGATHARCHIDES,^{p)} qui belluam χρώμα ἔχων πύξω παρεμφερές, colorem habere buxo similem: et DIODORVS SICVLVS,^{q)} qui similiter, χρώων ἔχων πυξοειδῆ, colorem buxo similem habere, dixit: apud Romanos autem, PLINIVS,^{r)} et SOLINVS,^{s)} quorum uterque Rhinoceroti colorem buxum assignat. Hos certe omnes refellere videtur STRABO,^{t)} cum de Rhinocero, a se conspecto, ita scribit: ἀπὸ γὰρ τῶ ἀφ' ἡμῶν ὁρασθέντος ἕτε πύξω τὸ χρώμα ἐμφερές, ἀλλ' ἐλέφαντι μάλλον, eius; scilicet Rhinocerotis, quem nos vidimus, color non buxus, sed elephantis similis erat. At enim, nos causam esse videmus nullam, quam ob rem Graecos, quos adduximus, Romanosque scri-

n) L. XIV. Iliad. v. 16. r) L. VIII. Hist. Nat.
o) In voc. πορφυρῆ. c. 20.
p) Apud PHOTIVM s) In Polyhist. I. supr. cit. loc. iam cit. t) L. XVI. Geogr. P. 1120.
q) Loc. cit.

scriptores, tanquam opinione deceptos, erroris cuiusdam arguamus. Nam buxus color, si Romanam loquendi consuetudinem spectamus, a subfusco, saltem liuido et cinereo, proxime abest, et propterea, a MARTIALE,^{v)} piceo iungitur colori, vbi Maximinae, feminae edentulae, piceos plane buxeosque dentes tribuit. Quid? fieri etiam potuit, vt STRABONITALIS, sub aspectum, veniret Rhinoceros, qui annosus erat, et proinde foliis aërisque vaporibus diu expositus, nigrescere coeperat, in corpore: cum alii scriptores, Rhinocerotas describerent iuenculos, quos buxei coloris esse confexerant.

CAPVT belluae, qua parte os prominat, ad rostri similitudinem accedere, STRABO^{x)} obseruauit, qui: μορφήν τῶ στόμαχος, apri formam id referre existimat. In naribus, cornu eminere, supra iam diximus. Ida veteribus, diuersa ratione describitur. AGATHARCHIDES, STRABO, DIODORVS SICVLVS κέρως vocant σιμόν, quod SOLINVS^{y)} cornu repandum nominat. AELIANVS^{z)} ὀξύτατον ἐπ' ἄκρον, in extrema parte acutum esse, ait: OPIANVS^{a)} autem,

B 3 ὀλί-
v) L. II. Epigr. 41. z) Loc. supr. cit.
x) Libr. cit. p. 1120. a) Libr. cit. v. 558. sqq.
y) In Polyhist. loc. cit.

ὀλίγον ὑπὲρ ἀκρία ῥωδός
ἀντέλλεν κέρας, αἰὼν, ἀμαχμένον,

exiguam supra summitatem nasi, surgere cornu graue, acutum, dicit, idque poetarum more ἄγριον ὄρο, saeuum telum ^{b)} adpellat. Nimirum in cornu Rhinocerotis, singulare et prorsus eximium belluae robur residere, crediderunt veteres. Id sane, e STRABONIS ^{c)} *sententia, ὅς ἐστι παντὸς σεγεῶτερον, omni ossedurius est, et, quemadmodum AGATHARCHIDES, DIODORVS SICVLVS, et AELIANVS sibi persuasum habuerunt, ὄξυτατον ἐπ' ἀκρῆ, σιδηρῶ δὲ καρτερὸν προσέκασται, in summa parte, cornu acutum est, quod ferro non concedit robore. Pluribus verbis rem, poetarum more, exaggerat OPIANVS: ^{d)}*

κένώκην χαλκὸν τε διατρέψειεν ὀρέσας
Οὐτήσας βραχὴν τε διατμήξειε χαρδάδην,
Illo, cornu, ferrum transiicit, facto impetu,
vulnerans, firmumque diffecat saxum. Sed talia plerumque magnificentius iactari, ab antiquis scriptoribus, experientia edocti nouimus, cum pauca quaedam ramenta oculis nostris

^{b)} Sic, e graeco, vertit *sem aereum nigro capulo furrITERSHVSIVS τὸ ἄρο, ἰπνύμ, habet. HESY- quod proprie *ensemi* significat. Apud HESIODVM, *χαρδάδην*, in Scuto Hercuf. v. 220. ^{c)} Libr. iam saepius cit. PERSEVS ἄρο κάλιον, ἐπ-*

obicerentur, quae de cornu Rhinocerotis, quem vidimus, cultro derasa, non nemo, aduersus motum, nescimus quem, a belluae custodibus, obtinuerat. Id alioquin omnibus facile largimur, quod RHINOCEROS, animal immane, ferox et indomitum, *cum terribiles, vt poeta ait, ^{e)} exarsit in iras*, non feras solum et homines cornu vulnerare, sed etiam arborea, et quidquid eidem obuium fuerit, impetu facto, prosternere possit.

Num Rhinoceros inueniantur bicornes, in disceptationem et controuersiam vocari, intelligimus. Veteres Scriptores tantum non omnes, PAVSANIA et MARTIALE excepto, vnum tantummodo cornu Rhinoceroti tribuunt. PAVSANIAS, ^{f)} Aethiopicos tauros, quos Rhinoceros esse, supra ostendimus, duo habere cornua, ait, alterum ἐπ' ἀκρῆς τῆ ῥινὸς κέρας, e *nare extrema, prominens cornu, alterum ὑπὲρ αὐτὸ, ἢ μέγα, supra illud, non magnum. Hanc sententiam, alio loco, ^{h)} in verbis, confirmat: ^{g)} οἱ Αἰθιοπὶ ἀ ταῦροι τὰ κέρα ταφύσσων ἐπὶ τῆ ῥινὸς, Aethiopici tauri, e *naribus, cornua extrudunt. MARTIALIS, ^{h)} in epigrammate, quo Rhinocerotis, cum viso, pugnam,**

B 4
g) In Eliacis p. 159, edit. de Spectaculis Epigr. IX. WECHEL.
h) Libr. de Spectacul. epigr. XXII.
f) In Boeotic. l. cit.

gnam, in amphitheatro Domitiani factam, describit, bellum omnino bicornem designare videtur, quae

*grauem gemino cornu sic extulit vrsum
iactat ut impostas taurus, in astra pilas.*¹⁾

Sed vicio laborare epigramma, ii praesertim viri docti suspicantur, qui, Rhinocerotem non nisi vnicornem inueniri, statuunt. Inprimis corruptelae suspicionem mouet, quod dictu admodum difficile sit, qua ratione, Rhinoceros, altero simul cornu, quod dorso proximum esse memoratur, vrsum efferre, et in altum iactare potuerit. Auget praeterea mendae suspicionem, aliud MARTIALIS epigramma, ^{k)} vbi is vnum modo Rhinoceroti cornu adscripsit, dixitque:

*O quam terribiles exarsit prouus in iras,
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat.*
Ita vero interpretes, verba epigrammatis, didicere.

i) Eiusmodi pilae non- vrsum, e stramine, formatae, numquam e vestibus, ad in humanam speciem, imitandam incolarum collectis, in- gines, adhibitas fuisse refert. Conf. MARTI. RADE- gieri e pannis purpureis fo- RVM ad dict. MARTIAL. no et stramine fartis sole- libr. epigr. IX. VINCEN- bant fieri, quoniam, purpu- TIVM COLLESSVM ad reo colore, belluae maxime h. l. et alios, qui in MAR- efferbantur. NICO L. TIALIS epigrammata PEROTTVS in Cornuco- commentati sunt. pia col. 634. initio, ad hung b) Epigr. IX.

uerso modo, emendare adgressi sunt. Non nullas eorum coniecturas SAMVEL BOCHARTVS¹⁾ adducit, inter quas verisimilitudinis speciem prae se fert IANIDOVSAE emendatio, qui, sublato verbo *vrsi*, substituit *vrum*, quem etiam AVINCENTIO COLLESSO,^{m)} aliqua ex parte, probatum, et a MICHAELE MAITAIRIO,ⁿ⁾ in textum, loco *vrsi* receptum, conspicimus. Ipse BOCHARTVS, aliam epigrammati medelam adferri posse, existimat, et muratis casibus, poetam *gravi geminum*, non vero *grauem gemino*, forsitan scripsisse, dicit, vt Rhinoceros geminum vrsum, id est, duos vrsos, non vno quidem temporis momento, sed alium post alium, extulisse intelligatur. Sed cum huic, tum alii cuidam coniecturae, qua *geminum* in *Geticum* mutatur, non ita multum tribuere videtur BOCHARTVS, siquidem haec dictis subiungit verba; *sed geminum probo magis, quia sequenti versu:*

B 5 iactat

1) In Hierozoico, P. I. no. non secus vrsum, in ac- L. III. c. 26.

m) Ad dictum epigr. in *rus pilam hoc est effigiem bo-*

n) In edit. nitidiff. quae *tertia sartam*. Lectu etiam Londin. anno 1716. in 12mo. digna est epistola, quam, ab prodiit. MARTH. RADE- amico scriptam, RADE- RVS in commentar. ad haec RVS commentario suo p. verba P. 52. ita scribit: ex- 53. inseruit, vbi sententia *pono igitur vrsum, Rhinocero-* eorum, qui loco *vrsi*, legunt *ras bicornis, suo cornu gemi- vri*, defenditur.

iacet ut impositas taurus in astra pilas,
poeta plures videtur opponere pluribus versis.
 Iam plus nimio fortasse disputatum fuit, de
 MARTIALIS epigrammate. Illud silentio ra-
 men praeterire non possumus, quod EZE-
 CHIEL SPANHEMIVS, ⁹⁾ eam interpretum se-
 qui videatur opinionem, qui, *grauem gemino*
cornu crum, a Rhinocerote, in aera elatum fuisse,
 arbitrantur. Scribit enim: *illud utique certo*
statuendum est, haud impingere potuisse Mar-
tialem, testem illius spectaculi, et visum, in eo
Rhinocerotis, qualem modo adductus Domitia-
ni numus exhibet, oculatum, ut geminum ibi
cornu Rhinoceroti tribueret: quippe etiam unum
cornu dimittaxat, alio loco, eidem ferac largitur: ^{P)}
quantus erat cornu, cui pila taurus erat.

Verum enim vero, si dicendum quod res est,
 inter duos numos, quos SPANHEMIVS, ad-
 confirmandam, aduersus IONSTONVM, AL-
 DROVANDVM, et PIERIVM, sententiam, e
 cimeliarcho Pembrokiano, protulit, argenteus
 ille, nisi fefellerunt nos oculi, aut scalpendo,
 manus errauit artificis, duo, in Rhinocerote,
 cornua exhibere videtur. ¹⁾ His animo, pro

eo
 o) De praesentia et vsu Domitiani numos, quos e
 numismatum antiquorum ^{P)} Pembrokiano cimeliarcho
 Tom. I. dissertat. IV. p. 188. SPANHEMIVS protulit,
 P) Epigr. IX. v. 4. omni, qua quidem fieri
 q) Nontolum duo illos potuit, sollicita, delinean-
 dos,
 + 2. v. l. m. p. 1. 3. 6. 2. 2. 4. 4.

eo ac decet, reputatis, in eam adducimur sen-
 tentiam, vt Rhinocerotas inueniri bicornes,
 profiteamur. Quis enim, quaeſo, omnium
 museorum, ²⁾ vbi duplex Rhinocerotis cornu
 adseruatur, fidem dubiam suspectamque reddi-
 derit? quis temere contradixerit tot testibus,
 qui Rhinocerotas bicornes a se, conspectos, me-
 morant. Certe, inter eos, PETRVS KOLBIVS, ³⁾

rerum
 dos, aereque incidendos cu- Dieses ist gelb, und bey einem
 raumus; sed illis quoque imgen Nasborn, obwegfahr
 tertium, aereum quidem, einer Hand breit lang: bey
 eiusdem Imperatoris nu- einem alten auf das böchste
 mum, quem item SPAN- sechs Zolle. Dieses Horn ver-
 HEMIVS, e numophylacio hindert, dass das andere auf
 equitis aurati Andr. Fon- der Nase, nicht so großes Va-
 traine adfert, adiccimus, no- beil anrichtet, als es auffer
 strisque lectoribus, in libelli dem thun koennte. In col-
 fronte, exhibuimus. lectione variorum Scripro-

¹⁾ V. c. in museo regio rum, quae, a fratribus de
 Danico, quod OLICERIVS BRY. titulo: *das Orienta-*
 IACOBAEVS Hafn. 1696. *lische Indien*, aliquot tomis,
 in fol. descripsit: in museo Francof. anno 1601. 149.
 quodam Augustae Vindelii- in f. edita fuerunt, legimus
 corum, cuius L. V. C. A. S. P. IX. Continuat. p. 25. de
 SCHROECKIVS in Ephe- Rhinocerote, haec verba:
 meid. Nat. Curiosorum me- es hat auch dieselbst (auf der
 minit: et in museo Hans Inful Iaua) viel wilde Thie-
 Sloane Londini, teste PAR- re, so man Rhinoceros nen-
 SONIO epist. cit. p. 14. net, und hatte kurz vor der
²⁾ In der Beschreibung Holländer Ankuufft, der Kö-
 des Vorgebürges der guten nig sonderlich einen gefan-
 Hofnung l. cit. vbi KO L- gen, der ganz um den Leib,
 BIVS ita: *Noch ein ander mit barten dicken Schilden*
Horn sehet auf der Stirn, in umgeben, und einen barten
gerader Linie mit ienen. Schildt zusoerders an der
Stir-

Stir-

rerum, quas Africa procreat, doctus atque idoneus spectator aestimatorque, Rhinocerotas, in itinere saepe numero obuios sibi factos, refert, qui aliud in naribus, aliud in fronte cornu habuerint. Illud, in fronte cornu vel flauī coloris esse, et in adultis Rhinocerotibus, si altitudinem spectaueris, sex vnciarum, seu digitorum mensuram non excedere, testatur. A natura autem cornu fronti Rhinocerotis additum conicit, vt impedimenti loco sit, ne is altero cornu, quod in naribus, paulo erectius est, nimis laedere, et damnum dare possit. Quid? amplissimus SICHTEMANNVS, eo tempore, quo filium, eximia spe iuuenem, ad Patrem carissimum, scholae Prouincialis Portensis Rectorem, quem Deus nobis, diutissime conseruet, studiorum causa, perduceret, ea de re interrogatus, omnia ita se vt diximus habere, et dari Rhinocerotas bicornes, respondit. An eiusmodi Rhinocerotas bicornes, ab aliis, generis existimari debeant, nemo, nisi testis αὐτόπρωτος definire poterit. Mares saltem duobus cornibus, vt quidam opinantur, a feminis, non distinguī, certum est, et Rhinocerotis exemplo comprobatur, qui anno CIOCCXXXVIII in Angliam aduectus fuit.

Quodsi Stirne hatte, an welchen den chen hatte es auch auf den Rücken ein Horn, etwa 2 Spannen lang, chen, allernächst am Hals, strack über sich in die Höhe auch ein Horn stehen, so eingerichtet, gylanden; desgleichen wa eine Hand lang gewesen.

Quodsi exemplis, quae in eiusmodi controuersis plurimum valent, res diiudicanda foret, in Africa plures, quam in Asia Rhinocerotas reperiri bicornes, forte dixerimus, Et ab ea sententia proxime abfuit BERNHARDVS DE MONTFAYCON, cum pauimentum *nusuo opere* concinnatum, et varii coloris lapillis fructum, e templo Fortunae Praenestinae, aere incisum, quinque foliis maioribus, exhiberet. Tametsi enim, in eximio illo antiquitatis monimento, Rhinoceros vno tantum armatus

cornu.
 c) V. Supplement au livre gitorum quatuor spissitudi-
 de Pantriquiè explique nem habet, qua nonnulli vo-
 Tom. IV. L. VII. Chap. I. meris loco, ad aratra, vtun-
 P. 159. Facere non possunt, illaque terram sulcant.
 mus, quin COSMAE Aegy- Rhinocerotem Aethiopes, pro-
 ptiū, qui etiam Indopleu- pria dialecto Aru, aut Ha-
 stes dicitur, verba, prout a ritū nuncupant; in secundo
 BERNHARDO DE MONT- vocabulo, de quo Spiritu Alpha
 FAYCON adlata sunt, heic pronunciantes, et Rili adii-
 omnia adiciamus. Hoc cientes, vt voce Aru ipsum
 animal Rhinoceros, a corni- animal significent, voce au-
 ut neso haerentibus, voca- tem Harili figuram narium
 tur: eo autem ambulante atque pellem arando oppor-
 cornua subagitantur: cum tunans indicent, hinc illi no-
 autem sarore plensum obue- nien imponentes. Huiusmo-
 di, cornua vibrat: ipsaque di animal, in Aethiopia, vi-
 immobilia et firma consistant, unum eminus conspexi, mor-
 ut etiam arbores eradicare suique pellem palea infertam:
 possit, cum maxime a fronte vade licuit adcurate describere.
 Posita sunt. Terribilissimum. re. Haec quidem adcurate
 Porro est, atque elephanti ma- se describere putat COS-
 tume inimicum. Pedes atque MAS: sed vt omnia adcu-
 pellem elephanti similes ha- rare descripserit, haud im-
 bet: pellic eius exsiccata di- merito veremur.

gen) de
 n. 100b
 welyka
 1736

cornu repraesentatur; aliorum tamen scriptorum, et praesertim COSMAE, Aegyptii, qui Iustiniani, Imperatoris tempore vixerat, et omnem peragrauerat Aegyptum, auctoritate per motus doctissimus BERNHARDVS DE MONTFAVCON, scribere haud dubitat: *Scriptores alii paene omnes Rhinoceroti unicum tantum dant cornu, in mare, possum. Verum hi Rhinocerotem Indicum describunt, qui forte ab Aethiopico differat. Illud vero Physiologis explorandum relinqu.* Eiusmodi cornibus instructi Rhinocerotes vim inferunt elephantis, quibuscum sempiternas inimicitias gerere dicuntur, cuius rei causam, a DIODORO SICULO^{u)} expostam habemus, qui, τῆτο (ζῶν) αἰτ, περὶ τῆς νομῆς αἰεὶ διαφερόμενον ἐλέφαντι, perpetua illi animalis, cum elephante, de pascus, concertatio est. Haec, nisi fallimur opinione, ex AGATHARCHIDAE^{v)} libro, DIODORVS SICVLVS, AELIANVS,^{v)} alicque veteres aurores acceperunt, quam ob rem, exemplo ab uno, vt poeta ait, *discere poterimus omnes*, si adlatis AGATHARCHIDAE verbis, illius certaminis rationem exposuerimus; Ita vero ille: συμπεσὼν δὲ ἐλέφαντι, τῆτω γὰρ τὸν πάντα περὶ τῆς νομῆς διαμιλλᾶται βίον, ὑποδὺς τὴν κοιλίαν, καὶ τῶ κέρατι τὸ κύκλωμα τῆς σαρκὸς συναρ-

u) L. III. c. 35. p. 200.

v) libr. cit.

x) Ap. Photium loc. cit.

ἀναγρήζας, ἔξαμιον ἐν θύς ποιεῖ, in dimicatione, cum elephanto, cum hoc eum de pascus, per omnem vitam, habet confidatationes, ventrem subit, et perrupto carniū ambitu, exsanguem facit. His porro addit: καὶ πλείους ἐστὶν ἐλέφαντας ἰδὲν ἔγω τετελευτηκότας, plurimi elephantes, ita exanimati tēnuntur. Isthacc verbis OPRIANVS^{z)} complectitur:

Κεῖνος καὶ σεναγῶ περὶ ἐφορηθεις ἐλέφαντι
Πολλάκις ἐν κοινήσι νεκρῶ τοῖστον ἔθηκεν

Ille etiam, validum licet, irruens in elephantum, saepe in pulueribus mortuum, prostravit. Subiungimus ius, quae, a scriptoribus Graecis, prolata sunt, PLINII^{a)} testimonium, qui, Rhinoceros, inquit, *genitus hostis elephanto: cornu, ad saxa, limato, praeparat se pugnae, in dimicatione, alium maxime petens, quam sit esse molliorem.* PLINII, aliorumque scriptorum auctoritati, fidem derogare videtur CHARDINVS,^{b)} qui Aspalami, in primaria Per-

z) libr. cit. v. 556.

a) L. VIII. Hist. natural. l' Ambassade de la Chine, fait c. 20. Conf. quoque e recentioribus GEORG. CHRISTOPH. PETRI ab HARTENFELS elephantograph. principaux ennemis de l'Elecuriosa P. I. cap. 16. p. 121. seqq.

b) libr. cit. Tom. IIX. p. 132. vbi scribit; La relation vu divers fois tous trois l'un pres

Perfidis vrbe, suis oculis se vidisse refert Rhinocerotem, cum duobus elephantis, vno eodemque stabulo, seprum nutritumque, qui nihil ingenitae hostilitatis, aduersus elephantos, vnquam prodiderit. Sed viderit, licet, CHARDINVS, haec, in aula Persica, tamen a nobis minime impetrabit, vt Rhinocerotem, qui, vel duobus elephantis imparem se fore viderat, vel quotidiani victus consuetudine, paullo mansuetior factus, lenierat iras, talem etiam in saltibus, ferarum stabulis, fuisse existimemus, vbi iras inimicitiasque, aduersus elephantos, exercere, et libero, in eiusmodi, belluas, impetu, irruere potuerat. Neque adlato exemplo, omnis, quae inter Rhinocerotem atque elephantum est, inimicitia tollitur, sed naturalis tantummodo, quam nonnulli hinc belluis inesse crediderunt, *αὐτίκα ἕωθεν* eleuatur. Possimus sane aliud exemplum haud leuioris momenti CHARDINO obicere, quod PAVLLVS IOVIVS, his consignatum verbis

reſult:

pres de l'antre dans la place que Rhinocerotem hoc carroyale, sans se marquer la mine prosequurus est ANTONIVS SANFELI-

c) in elogio Triflani Acucivis:

*ni Lusitani, quod in elo- Rhinoceros ego sum, fusco-
giis viros. bellica virtute il- deuectus ab Indo;*

*ustrium, a PAVLL. IO- Hinc, vbi vestibulum lucis
VIO. conscriptis L. IV. p. portasque aëti, Hesper-*

363. inuenitur. Illum quo-

reſult: cum Rhinoceros, ab Oceano, in portum Vlyſſipouenſem, exponeretur, adſpectu, atque odore ſuo elephantum, qui tunc in regia erat, adeo terruit, vt incredibili pauore concepto, ſeptum caueæ, ferreis ingentibus clathris perminutum, humerorum et capitis præcipiti impulſu perripuerit, et in longam ſe proripiens fugam, terribili barritu edito, ſtridens et ſurgens, cuncta obuia proſtrauerit. Præterea, DAMIANVS a GOES, qui Emanueli, regi Luſitaniae, ab intimis cubiculis fuit, de certamine Rhinocerotis et elephantis haec narrat: *certaini vnus iſtorum elephantum, (qui ſcilicet in Luſitaniam aduecti fuerant) cum Rhinocero interfui: ſpectaculum ſane admiratione dignum, in quo elephas ſuccubuit. Quem ludum rex feliciffimus præbuit anno, (ſi recte meminſſi) CIO IO XV. vel XVI.*

Quo

*Hesperiae claſſem aſcendi At loriamur triplici nos
ſeneraria vela tergore, et arma*

*Auſa novas terras, alium- Præualidus mucro, atque
que inuiſere ſolem. iniſſiſta cuſpide cornu.*

*Speſcharat quondam Vibs Ipſe cadit barritus, dum
noſtros in munere Circi ſelum ſeſitur alno*

*Congreſſus, boſſemque ele- Expugnat vires ſultas
phantum obiectit arena. prudentius ſolers.*

*Hic patrias iras, æterna d) in Hiſpania, quae in-
que proelia mecum uenitur, in ANDR. SCHOT-*

*Exeret fidens immmani TI Hiſpania illuſtrata. Tom.
corpore moles. I. P. 1172.*

C

ceros, cum elephanto, compareat. Neque vero adduci facile poterit quispiam, ut Seueri, imperatoris numum, quem GIBERTVS CVPERSVS^o) *longe maiorem*, ut dicit, *quam potuit esse, aut fuit unquam*, ex ONVPHRII libro, *de ludis Circensibus*, depromsit, Rhinocerotem exhibere credat, propterea, quod animal illud, pro Rhinocerote, a GIBERTO CVPERO, habitum, Onagri, P) seu Asini siluestris speciem magis, quam Rhinocerotis, prae se ferre videtur. Interiecto haud exigui temporis spatio, et anno, si recte posuerunt calculos aliqui Auctores, q) circiter CIOIO XV, ad Emanuelem, regem Lusitaniae, aduectus ille fuit Rhinoceros, a quo, elephantum victum, supra v) memorauimus. An plures,

o) de Elephantis, in, numis, Exercit. II, S. 183. in IO. PETR. MAFFEI L. V. historiar. Indicar. p. 202. ed. Colon. legimus: Rhinoceros quoque, non visum in Italia, multis iam seculis, animalere tradit AELIANVS, L. IV. de Animal. c. 52.

p) Onagros in India, vnum cornu, in fronte gerere tradit AELIANVS, L. IV. de Animal. c. 52. q) DAMIAN. a GOES. implacabilis gemit inimicitias) loc. cit. ap. ANDR. SCHOTTVM in Hispania illustrat. T. I. p. 1172. r) Is ipse forte Rhinocerotem fuit, qui postmodum Leonis X. pontifici Rom. muneris loco, destinatus fuisse dicitur. Haec enim enare nequisset, exoptata ple-

res, insequentis temporibus, in Europam aduecti fuerint Rhinocerotes, aliis inuestigandum relinquimus, qui id modo agimus, ut, e veterum libris, eruamus, quae Rhinocerotis historiam illustrant. Nescimus, quid, in mentem venerit OPPIANO; dicere, Rhinocerotas omnes esse mares, et nasci sine compare. Ita enim ille, et, quod nos quidem sciamus, praeter eum, nemo alius scripsit.)

Πάντες δ' ἀρσένες εἶσι, καὶ ἄποτε θήλυς ὄνταται,

Καὶ πρόσθεν, ἀκ' ἐδάην, κ. τ. λ.

Omnes vero mares sunt, nec unquam femina conspicitur, et vnde (oriantur) non noui, etc. Num forte mares tantummodo Rhinocerotas spectauerant veteres Romani? id quidem pro certo, adfirmare, haud sustinemus. Illud pro vero certoque nobis constat, generationem, quam Peripatetici finxerunt, *Aequiuocam*, a philosophis, iam dudum merito esse explosam, et feminam fuisse Rhinocerotem, quam, praeteritis nudinis Lipsiensibus, nobiscum, plurimi homines alii, suis oculis viderunt.

Ita

Item oblectatione priuauit. nucl, Rex, ad Pontificem Nimirum enumerat MAFFIUS mittere, constituerat. FEIUS munera quae Ena- s) Libr. cit. v. 560. sq.

Quo tempore, Rhinoceros in Europam, adductus fuerit, atque innotuerit Romanis, e PLINII verbis, mox adducendis, satis superque intelligitur, etiam si DIO CASSIUS, et SVE-
TONIUS, contra ista dicant, et producti, in arenam, Rhinocerotis, gloriam Augusto, imperatori, tribuant. Inter alia enim animalia, quae post actum, de Cleopatra, Regina Aegypti, triumphum, in ludis, qui templi Iulii consecrationem sequebantur, Augustus ^e) exhibuerat *καὶ θηρία καὶ βότῃ ἀλλὰ τε παντληθῆ καὶ ἰγνώκεως ἴππος τε ποτάμιος, πρῶτον τότε ἐν τῇ Ρώμῃ ὀφθέντα εἰσφέρειν, multae ferae, et alia animalia, et inter ea Rhinoceros, et equus fluviatilis tunc primum Romae visi, et occisi sunt.* Ithaec SVE-
TONIUS, ^f) his verbis, ante DIONEM, extulerat: *Solebat etiam, citra spectaculorum dies, si quando quid mystatum dignumque cognitu aduectum esset, id extra ordinem, quolibet loco publicare: ut Rhinocerotem apud Septa; sed nihil est, quod PLINII fidem auctoritatemque nobis suspectam reddere possit, vixit qui scriptor, DIONE CASSIO, et SVE-
TONIO antiquior, exhibiti, in arena Rhinocerotis gloriam, Cn. Pompeio, vindicari,*

e) L. LI. p. 156. edit. 30. ante oculos habuit, cum scriberet: *Romana spectacula*.

f) in vita Augusti c. 43: *la, ante Cn. Pompeii tempora, quem locum SOLINUS c. Rhinocerotem nesciebant.*

cat, ^g) atque omnia animalia, quae, in ludis Pompeii adparatissimis, Romani populi oculis primum obiecta fuerant, adcurate recenset. Post ea, Rhinoceros, in Augusti, Domitiani, ^h) Traiani, ⁱ) Antonini Pii, ^k) Elagabali, ^l) et Gordiani, ^m) imperatorum ludis, fuisse productos, nemo temere negaverit. Numos Domitiani tres, Rhinocerotem insignitos, ut iam supra diximus, EZECHIEL SPANHEMIVS exhibet, numoque Traiani, ab ADOLPHO OCCONE, descripto, ostendit, quod ille imperator, in quinto consulari suo, Rhinocerotem, ut SVE-
TONII verbis utamur, publicaverit. Idem iste illustris, et in re antiqua maxime versatus, SPANHEMIVS, in PYRRHI LIGORII antiquariis lectionibus, quae nondum editae, inter libros Christianae, reginae Suecorum, Romae adferuntur, quemdam Domitiani numum se vidisse depictum, scribit, ⁿ) in quo, Rhinoceros,

g) L. VIII. Hist. nat. c. 20. *psicrotas; sed CL. SALMATA-
h) MARTIAL. libr. de SIVS in vetustis libris, siue spectaculis Epigr. VIII. it. scriptis, siue antiquitus ex-
Epigr. XXI,*

i) EZECH. SPANHEM. *re docet.*
de praesentia et usu numismat. antiqu. dissert. IV. p. in Elagabalo c. 28. *habuit et* 189.

k) IVLIVS CAPITOLINVS in Antoniano Pio,

m) IVL. CAPITOLINVS ubi IS. CASAVDUNVS in Gordianis c. 33. quidem legit: *Stre-*

n) Libr. cit. p. 190.

